fide. sacrilegium tantum religiosa populorum corda
non hauriant. sufficiat nobis dicere. unam substantiam
tres personas subsistentes. perfectas aequales coaeter
nas. taceantur tres ΥΠΟϹΤΑϹΕΙϹ. si placet & una tenea
tur. Non bonae suspicionis est. cum in eodem sensu uerba
dissentiunt. sufficiat nobis memorata credulitas. aut
si rectum putatis scribere tres ΥΠΟϹΤΑϹΕΙϹ. cum inter
pr&ationibus suis debere nos dicere non negamus. sed
mihi credite uenenum sub mel latet. transfiguravit
se angelus satanae in angelum lucis. bene interpre
tur hypostasin. & cum id quod ipsi exponunt habere
me dicam. her&icus iudicor. quid tam anxie unum uer
bum tenent. quid sub ambiguo sermone latitant. si sic cre
dunt ut interpretantur. non damno quod r&inent.
Sed sic credo ut ipsi sentire se simulant permittant mihi
meis uerbis suum sensum loqui. quamobrem obtestor bea
ti tudinem tuam per crucifixum mundi salutem. per omousi
am trinitatem. ut mihi epistulis tuis siue tacendarum seu
dicendarum ΥΠΟϹΤΑϹΕΩΝ. d&ur auctoritas. & ne forte
obscuritas in quod dego loci fallat baiulos litterarum
ad euagrium presbiterum quem optime nosti digneris
scripta transmittere. simul & iam cui apud antiochiam
debeam communicare significes. quia et campenses cum
tharsensis her&icis copulentur nihil aliud ambiunt quam
ut auctoritate communionis uestrae fulti tres.

VILLE DE LYON
Grande Bibliothèque

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_136_99V – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4988)